



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Beati P. Philippi Nerii Florentini. Congregationis Oratorii Fvndatoris

Gallonio, Antonio

Mogvntiæ, 1602

Philippus in Vallicellam commigrat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-43172

mortis cupidus, vt in terram abiret
viuentium, in Beati Patris conspe-
ctu, complexuque iterum efflauit
animam, anno, quem diximus octo-
gesimo tertio. xvij. Kal. April.

Philippus in Vallicellam commigrat.

Quamquam Philippus omniū,
quæ à suis alumnis apud Valli-
cellam gerebantur, auctor esset, &
dux, non tamen ita subito habita-
tionem templi S. Hieronymi vt de-
fereret, induci potuit; id enim mul-
tis post annis Petri Donati Cæsij
Cardinalis opera impetratum est.
is siquidem cum Congregationem
nostram singulari amoris affectu
prosequeretur, omni ope conten-
dit vt Philippū ad suos adiungeret:
quare Gregorium Pontificem vl-
tro adiens, obtinet ab eo, verbis
suis Philippo præcipiat, vt in Val-
licellam commigret quàm pri-
mū: cuius ille iussui non restitit; eo

enim

Noricorū
Apostoli
ad S. Pasca-
siū Diacono-
num c. 36.
quam nos
in manu-
scriptis co-
dicibus in-
tegram
habemus,
qua enim
apud Sur.
extat vi-
tiosa est
additq; is
auctor id
fuisse mi-
raculum,
Et omnes
præter eos,
qui præse-
tes fuere
Seuerino
viuente
latuerit.

enim Pontificis imperio diuinam voluntatem satis exploratam habuit: hoc certè scio id fuisse Philippi consilium (ne cruces sibi à Deo paratas fugeret) ut ab ædibus S. Hieronymi nunquā recederet animo habitandi apud Vallicellam cum suis, nisi superiorum iussu ad eam rem impelleretur.

Ergo profectus est ab ædibus S. Hieronymi in Vallicellā anno post Christum natum millesimo quingentesimo octogesimo tertio, x. kal. Decemb. atque tum primum Congregationis corp⁹ arctiore vinculo colligatum, totum integrum capite cum mēbris coniuncto conspici cœpit.

Protinus Philippus non obscuriora dedit vsitata indicia sanctitatis: nam etsi eadem nobiscum domo erat, solitudinem tamen pristinam haudquaquam deseruit; solus cibum capiebat, mensæ administrū admittebat nullum; sacrum accersitus

situs faciebat, atque vt cæteros suo ad obedientiam exemplo prouocaret, vix ad sacrificium vocabatur, cum relictis mox omnibus se expeditum, vbi opus erat, illico sistebat: sacris cum indueretur vestibus, non selectiores modò vestes, quarum multæ Patribus erant, sed obsoletiores postulabat: & hæc sanè haud leuia sunt, si hominis supremam inter suos potestatem, & licentiam suo modo, vt ita dicam, viuendi consideremus: omnium confluentium confessiones audiebat: Eucharistiæ Sacramentum completo sacrificio accedentibus ministrabat.

Accedebat ad hæc summus sui ipsius despicientiæ amor, summa in omnes charitas, in regendis filiis cura, & vigilantia plusquam paterna, suaque præsentia mirum in modum omnium oculos, & animos oblectabat: erat enim vir, vt alibi de eo dixisse me memini, sine fuce, morum elegantia, ac suauitate præ-

Vitæ lib. 2.

T

ditus

ditus, si quis alius: consilij verò, ac sententiarum grauitate omnibus admirandus.

a
Eam rem
is ipse sacer
dos Mutius
Achilleus
sacramēto
affirmauit

Sub idem opinor, tempus sacerdos quidam, cui Mutio ^a nomē erat, quique extra Urbem domiciliū habebat, cum vel in periculo aliquo esset, vel tentatione aliqua premeretur, vbi Philippo se cōmendabat, ex templò omni ea molestia se leuari sentiebat. Quodam die cum prope iam esset, vt in Tyberim (Romæ enim tum erat) certissimo cum vitæ periculo laberetur, ad solam B. Philippi inuocationem incolumis inde confestim euasit.

b
Id ea ipsa
cui cōtigit
iurata nar
rauit, idēq;
domestico-
rū aliquot
sacramen-
to testatur.

Primariam feminam per visum corripit.

MVlier quædam, cuius nomen ^b de industria reticetur, adeò iratum animum in quendā cognatum sibi proximum gerebat, vt nulla ratio iam esset, quæ eius ad pacē animum induceret; cumque diutius in iracundia permaneret, vt ne

viri